

Mastiches ana ʒ.ij.  
 Olei de absynthio ʒ.ij.  
 Misce, fiat linimentum pro stomacho, cum modico ceræ, si opus sit.

CONSILIVM CCXXIII.

De puero qui unguentis percussus curatus a scabie, in febrem incidit & vermes. Anno 1546. Mart. 26.

**EXHIBUIT** paululum calsiæ cum saccharo, & syrupum ex sero lactis caprini cum succo boraginis & saccharo, quò esset delicatior potus, pro expurganda materia, & mundificando sanguine, vermes omnes in delicatis reprobavit, & maxime percussivas: subsequenter diebus puer a febre liber videbatur, eam ob causam, qui eius curam habebant, purgari noluerunt: omissa purgatione, vermes (quibus abundare non senserunt) adeò in maxima copia sunt generati, ex materia illa putrescente in corpore, vt ascenderent in ventriculum & gulam, vt facerent febrem acutissimam, & paroxysmos quoq; epilepticos, propter venenosos illos vapores à vermibus ad cerebrum ascèdentes. Subito vocatus Montanus, clyster exhibuit, eum non totum sumpserat, sed nihilominus excreuerat copiose, & vomuerat quoq; sicut ardebat vehementi. Ideo potum ordinavit ex oxymellite simplici, aqua acetosæ, succo arantiorum non dulcium, & modico aquæ rosacæ, eius biberet quoties vellet, & quantum vellet, quod & nutrimentum aliquod daret (nihil enim comedere volebat) & resisteret putredini, ac vermes etiam pelleret, nec se curare dicebat, quòd nihil comederet (dummodo biberet illam potionem) quia magis de oppressione virtutis q̄ resolutione timeret. Voluit etiam vt inungeretur regio cordis unguento rosato Mesue recenti, cum modico aquæ ros. ad reficiendos spiritus cordis laborantes propter febrem & vermes. Postea in paroxysmo vehementiori cum pulsus quasi perditus videretur, & cor admodum laboraret, frictions ordinavit in partibus inferioribus à natibus versus pedes, & ventosas siccas apponi voluit, & deinde etiam scarificari, pro auersione humorum: sed puer pati noluisset, propterea cordis regionem sæpius inungi unguento supradicto voluit, vesperi suppositorium exhiberi iussit ex melle simpl. & si illud non operaretur, clysterem ex lacte & zucchero, vt supra: frictions sæpius repeti circa præcordia, & theriacæ bonæ, aut mithridati exhiberi ad quantitatem vnius fabæ. Deinde potu suo vti quantum vellet: & in eo inspergi puluerem vnicornu, p cibo colui. Et quia ventosas recusavit, hoc ordinavit:

R. Olei amygdalarum dulcium ʒ.ij.  
 Aquæ chamomillæ ʒ.iiij.  
 Salis nitri ʒ.ij.  
 Contundatur nitrum, & decoquatur vsque ad consumptionem aquæ. Si fortè paroxysmus aliquis superueniret, suppositorium iussit ex melle imponi. Mortuus est ea nocte.

A Pro alio puero trium annorum vermibus laborante.

R. Rhabarbari ʒ.ij.  
 Syrupi acetosi multæ acetositatis ʒ.ij.  
 Aquæ acetosæ ʒ.iiij.  
 Misce, per sex dies bibat hanc potionem.

Puella biennule in obstructionibus & tensionibus.

B Ordinato victu vtatur ex auibus campestribus, ouis recentibus, brodiis, in quibus coquitur petroselinum, & vini loco bibat aquam coctam cum radicibus, granis, & modico cinamomi: quã si aliter bibere nollet, modico vino leuiter tingere potest, vt ita decipiatur. Syrupus fit ex media scutella brodij, in quo decoquantur tres radices petroselini, & tres cichorij lini, postea misceantur syrupi acetosi de duabus radicibus ana ʒ.ij. vel iij. Itẽ,

R. Rhabarbari ʒ.ij.  
 Caryophyllorum gr. x.

C Puluerizentur, deinde cum aqua rosata & zucchero multo fiat cõfectio in rotulis ʒ.ij. pondere.

CONSILIVM CCXXV. *Vide sup p̄pag: 370*  
 De fluxu hemorrhoidum.

**LVXVS** sanguinis è sede esse. Natura fluxus sanguinis primò consideranda est: potest enim vel ex vlcere, vel ex erosione venæ, vel apertione hæmorrhoidum. In hoc casu non est ex vlcere, quia adessent magnæ cavitates in intestino recto. Non ab erosione, quia in maxima quantitate sanguis excerneretur, non immixtus fecibus, sed cum aquositate & mucositate quadã: quod non est mirum, quia aquositas hæc exit cum sanguine ex hæmorrhoidibus, dicitur que Venetiis vulgò ab Empiricis *Cecironenga*, colorem referens cinerum decoctorum. Pendet ab apertione venarum hæmorrhigitur non ob vlcerum, aut erosionem: adest autem leuis quædam abrasio, cum dolorem percipiat. Nam ex continuo fluxu ad hunc locum & sorditie contraxit leuem excoriationem. Conqueritur de vesicæ obstructione, ardore vrine, & dolore perinei, quod est spaciolum inter anum & testiculos, qui non potest esse, nisi aliqua materia deuenierit ad ipsam vesicam, quæ biliosa fuerit cum admixta pituita. Et adest falsedo propter putredinem, nõ admixtionem bilis cum pituita, vt voluit Auicenna. Nunquam enim ex amaro & insipido fit falsum. Hoc doceri potest experientia, si quis accipiat bilem & aquam, ac commisceat, nunquã ex his duobus resultabit falsedo. Est igitur aliquid putrefactum, quia adest febris. Causa ardoris ac doloris est acrimonia bilis, putredo febris, obstructionis pituita. Cura est, vt abstergatur materia, nõ vterer astringentibus, sed his quæ sine erosionem mundificant, vt est decoctum hordei, vel fabarum, item surfuris. Astringentibus ideo nõ puto vtendum: nam si materia aliqua descenderet ad partes inferiores à superioribus, & ita interciperetur vsu astringentium, atq; ita quæ à natura expellenda sunt, retinerentur, esset tenasimus metuendus. Nam is fit à materiabus expulsis ad intestinũ re-

D

E

F

*Perineum.*

*Salsedo.*

*Curatio*

*Ab astringentibus curandam*